nō est aliqua res singularis nec etiā
est aliqua res q̄ est signuʒ. qꝛ non est
cōceptus nec vox. qꝛ si sic: tunc esset
in genere qualitatis. ⁊ sic cōtinetur
ad hec sub gn̄e generalissimo. No-
no sic. Homo qui diffinitur est res. ⁊
nō est res singularis qꝛ singulariuʒ
fm aristo. non ē diffinitio. nec est res
que ē signuʒ. qꝛ si sic: seq̄retur ꝙ aial
rōnale mortale esset diffinitio alicu/
ius accidentis vel alicuius termini
scripti. qđ pʒ manifeste esse falsuʒ. qꝛ
nullū accidēs est rōnale. Decimo sic
Substātia est res. ⁊ nō est substātia
que ē singularis. qꝛ sic eēt substātia
prima nec ē aliqua res que ē signuʒ
qꝛ si sic: esset accidēs vel scriptū quo
rum vtrūqʒ apparet esse falsuʒ. Un-
decimo sic. Homo qui predicatur de
omi homine ē res. ⁊ nō est res singu
laris qꝛ nulla res singularis p̄dicat̄
de omi homine nec est aliqua res q̄
est signum. qꝛ nullū signum est idem
ipsi. sed om̄e qđ predicatur per se de
om̄i hoie est idē omni homini. ergo
nullū signum predicat̄ de omni hoie
ergo nullū signum ē idē homini qui
p̄dicatur de omni hoie. Decimosecū
do sic In oibus talibus propōnibus
om̄is homo ē aial semꝑ fuit aliquis
homo semper aliqua ꝓpō est vera/ si
aial ⁊ homo accipiātur ꝓ aliqua re
singulari ꝓpōes sunt false. sed si ac-
cipiātur pro signo: sunt false. Relin/
quitur ergo ꝙ accipiūt̄ ꝓ re ī cōmu/
ni que nō est singularis nec res q̄ est
signum. Decimotertio essentie rerū
sunt ꝑpetue ⁊ eterne sʒ nulla res sin/
gularis in istis inferiorib⁹ ē eterna
nec aliquod signū est eternū. Relin/
quitur ergo ꝙ aliqua res que non ē
signum sit eterna maior pʒ per cōmē
tatorem decimo methaphisice. ⁊ plu
ribus aliis locis. minor ptʒ qꝛ nulla
alia res hic in istis īferiorib⁹ preter
aiam intellectiuā ⁊ primaʒ naturā q̄
est generationis ⁊ corruptionis. De
cimoquarto. Ens diuidit in quinto

methaphisice in rem in aīaʒ ⁊ extra
aiam: sed nulla res singularis diui-
ditur in rem in aiam ⁊ extra aiaʒ vt
pʒ de se. nec aliqđ signum diuiditur
in ens in aīa ⁊ extra aiam. qꝛ nulluʒ
signum est in aīa ⁊ extra aīam. Re-
liquitur ergo ꝙ res que sic diuidit̄
sit vniuersalis distincta a qualibʒ re
singulari ⁊ a quolʒ signo. Decioqui
to. Iste ꝓpōes sunt vere. Logica cō
siderat de sillogismo ⁊ ꝑtibus ei⁹. ⁊
phīa cōsiderat de ente mobili. ⁊ tres
libri aīe ꝯsiderant de aīa. methaphi
sica considerat de ente simplicit̄. tūc
quero ꝓ quib⁹ rebus p̄dicata istarū
ꝓpositionum supponāt. ⁊ clarum est
ꝙ nō potest dici ꝙ supponāt ꝓ aliq̄-
bus rebus singularibus. qꝛ non ma
gis supponūt ꝓ istis rebus q̄ꝙ ꝓ istis
sicut in ista propōne tres libri de aīa
considerant de aīa. iste termin⁹ aīa
a parte p̄dicati non maiori rōne sup
ponit pro vna aīa q̄ꝙ pro alia igr̄ sup
ponit ꝓ omī anima singulari vł̄ pro
nulla. sʒ nō supponit pro omī aīa. qꝛ
predicatū in propōne particulari af
firmatiua in qua nulla est nemo nō
supponit cōfuse distributiue sicut de
se pʒ. Relinquit̄ ergo ꝙ pro nulla re
singulari supponit. nec supponit pro
aliquo signo. ergo supponit pro ali-
qua re cōmuni que nō est aliqua res
singularis. nec aliqđ signū. vt ptʒ de
se. Decimosexto. Iste termin⁹ hūa-
nitas imponitur ad significandū ali
quam rem. ⁊ nō singularem. nec ali-
quod signum: ergo imponitur ad si/
gnificandum aliquā rem cōmunem
q̄ nō est res singularis. nec aliquod
signū. Primū probo scʒ ꝙ nō impo/
nitur ad significandū aliquā rē sin-
gularem. qꝛ non maiori ratione im-
ponitur ad significandū vnā rem q̄ꝙ
aliam. ergo significat oēm rem sin-
gularem speciei humane. qꝛ sic esset
vera humanitas ē hoīes quod falsū
est. Relinquitur ergo ꝙ nullā rē sin/
gularem speciei humane significat


© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST